Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

que se totu referebat: & qualis incedens & sacrificans
apparere: Atq; in capite Prouincialis Dei formam
statuit: cuius sacerdos inscriptus erat: fronda Roma
a se missam in medio Senatu & altiore loco, supra
statue victorie caput imponi fecisse: ut frequenti
Senatu, & sic ibi ture vinoq; libare. Ad hec omnis
Romanos: qui Magistratum gerant: & sic publica
sacra curent, ante cetera Deos quos venerant
in sacris nouum Deum Elagambalum appellent.
Suspicio hinc postq; urbem ingressus est, Romani
figure assueti, nihil prec opinionem videbant:
Dato iam populo ex more Epulo, Successione im
perij: ambitiosa Magnificentia cuiusq; omnis spec
tacula edidit: Maximum pulcherrimumq; Templum
Deo statuit: Aras plurimas circa templum erexit.
Vndique procedebant hinc tauroq; Hecatombae:
hinc pecudum magna multitudine mactabat.
Aris Acomata quoq; accumulatim imponebat. Vini
uetustissimi optimique multas Amphoras, & Assyria
fumabat: ut ex vino sanguineq; admisto Rivos
agere. Aras circum no sine uarijs organorum
sonis saltabat: ipsique mulieres una cum ipo
prouinciales, Aris circumsilientes Cymbala Tympanaq;

Ton.
Victoria Dea

Sacra